Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Aug. perg. 135

[S.l], [10. Jh.]

De libro Primasii

urn:nbn:de:bsz:31-16288

Visual Library

oportuit diuina precepta & promissa; Qui nocet noceat adhuc & reliqua. occulta hic dei iudicia sed iusta demonstrat. quibus mali homines in peius proficere permittuntur; Ego sum A & ω. primus & nouissimus. i. in A. uerbi diuinitatem. in ω. susceptam humanitatem designat; Principium sine termino; Ut sit potestas eorum & reliqua. i. ut uita aeterna quae domini est aspectus potiantur; Et per portas intrat in ciuitatem. i. primo portas iustitiae. dominus dicit ego sum hostium per me siquis introierit saluabitur; foris canes & uenefici & inpudici & cetera. Cuncta enim rapies inproborum & nunc extrinsecus aecclesiam temptat. et cum intrauerit pater familias cum scis foris stant & pulsant; Ego sum radix & genus dauid; geminam hic personae suae naturam expressit. quod idem factor dauid sit secundum diuinitatem. qui factus est ex semine dauid secundum carnem;

Stella splendida & matutina. i. post passionem resurgens inmortalem & uere uiuum se discipulis ostendit; Et spiritus & sponsa dicunt ueni. i. caput & corpus ecclesiae. singula menbra cohartantur ad fidem;

Et qui audit dicat ueni. i. quisquis internum in mente fidei uel caritatis & lumen percepit ab hoc & alios conuocet; Qui uult accipiat aquam uitae gratis. i. sic liberum conuenitur arbitrium. qui uult accipiat. ut confestim gratia dei predicetur. In eo quod sequitur. aquam uitae gratis; nullis utique meritis precedentibus & ipsum uelle dei donum est; Siquis adposuerit ad haec & reliqua. haec propter infalsatores dixit non propter eos qui simpliciter quod sentiunt dicunt. in nullo prophetiae mutilata; Dicit qui testimonium perhibet ueni cito. i. christus qui se ecclesiae uenturum adnuntiat. cui more cantici canticorum ecclesia deuote respondet; Amen; ueni domine ihesu christe; quae cotidie clamat orans. adueniat regnum tuum; Gratia domini nostri ihesu christi contra pelagianos & contra donatistas facit. cum omnibus uobis. Amen.

DE LIBRO PRIMASII

Haec est sapientia qui habet intellectum conputat numerum

beſtiae hominiſ eſt enim num̄ & num̄ eiuſ dc · lx · ui · unum au̅ ;
qui habuerit notam aut nomen beſtiae aut numerū nominiſ eiuſ;
Faciamuſ ergo numerum & in numero notam, etiam nomen cognoſ
camuſ · num̄ eiuſ eſt inquit · dc · lx · ui · quē facimuſ ſecundū grecoſ;
eſt enim nom̄ · $\overset{i}{\mathrm{Α}}$ $\overset{l}{\mathrm{Ν}}$ $\overset{ccc}{\mathrm{Τ}}$ $\overset{v}{\mathrm{Ε}}$ $\overset{xl}{\mathrm{Μ}}$ $\overset{lxx}{\mathrm{Ω}}$ $\overset{cc}{\mathrm{C}}$ quod nomen ut dixi grece ſup
putatū · dc · lx ui · impletur; antemōs au̅ honori contrariuſ inter
pr&atur; Ac ſi diceret honori qui ſoli conpetit dō contrariuſ eſt ·
quod eſt antixp̄ſ · cui anathema conuenit; Jam aliud nomen eſt
quod eiuſdem numeri conplectitur ſummam · $\overset{i}{\mathrm{Α}}$ $\overset{c}{\mathrm{Ρ}}$ $\overset{l}{\mathrm{Ν}}$ $\overset{lxx}{\mathrm{Ω}}$ $\overset{cccc}{\mathrm{Υ}}$
· $\overset{xl}{\mathrm{Μ}}$ $\overset{v}{\mathrm{Ε}}$ · qui ſimul faciunt eundem numerum, hoc au̅ nomen int̄ptatur
nego · quo uocabulo dignuſ eſt antichriſtuſ · i · negationiſ congruat;
cum xp̄o credulitatiſ ipſo atteſtante cum dicit hoc eſt au̅ opuſ ut
credatiſ in eum qui me miſit itemq; creditiſ in dm̄ & in me cre
dite; Siue ergo honori contrarium dixeriſ · ſiue nego, utrūq;
poteſt iure ad antichriſtum referri; Quod au̅ ait hominiſ eni
eſt numeruſ · xp̄i utiq; quē per falſam imitationem ſe antixp̄ſ
accipi deſiderat · $\overset{dc}{\mathrm{Χ}}$ $\overset{c}{\mathrm{Ρ}}$ $\overset{x}{\mathrm{Ι}}$ $\overset{cc}{\mathrm{C}}$ $\overset{ccc}{\mathrm{Τ}}$ $\overset{v}{\mathrm{Ε}}$$\overset{x}{\mathrm{Ι}}$ · au̅ genetiui caſuſ · uii · litterę
per numerū ſuū conputatę prope illum dierū p̄ficiunt numerū
qui in perſecutione antixp̄i uim futuruſ eſt · m̄ · ducentorū · xx ·
u · ubi conpendio in cuiuſ ſpecie fraudulenter proponit aduerſitaſ
hoc in nota eſt · i · mono grām̄ate qui in hunc modum exprimitur;
☧ m̄ cc xx · u · ubi conpendio nomen xp̄i includitur $\overset{dc}{\mathrm{Χ}}$ $\overset{c}{\mathrm{Ρ}}$ $\overset{x}{\mathrm{Ι}}$ $\overset{cc}{\mathrm{C}}$ $\overset{ccc}{\mathrm{Τ}}$
$\overset{v}{\mathrm{Ε}}$$\overset{x}{\mathrm{Ι}}$ inquam in quo ut dixi m̄ cc xx u ſunt; Soluitur quoq; ipſe
nominiſ numeruſ p̄fatam rurſuſ dierū numeri perficit ſū
mam, eo qđ in numero quadragenario & ſenario in quo iudaei
aedificatum dixerunt templum nobiſ miſtice inſinuata eſt
dominici corporiſ forma, quam pro primi adam erroribuſ
corrigendiſ · ſecunduſ ipſe adam de maria ſuſcepit propt̄ qđ in
euangelio dicit; Soluite templum hoc poſt treſ dieſ reſuſci
tabo illud; Et reſpondentib; iudeiſ xl ui anniſ aedificatum
eſt templū hoc, & tu diciſ in trib; dieb; ſuſcitabo illud ·;

Quod euangeliſta exponenſ illud, ait ipſe autem dicebat de templo corporiſ ſui. unde huic ſenſui fortaſſe conuenit. quod in ſenario numero dierum ab VIIII Kl. Ap. uſq; in VIIII. Kl. Ian. quadragieſ ſexieſ ducto, templum corporiſ dni fuiſſe in utero uirginiſ aedificatu credimuſ & conſummatu; nomen ergo adam per grecaſ litteraſ quadragenarium & ſenarium conpl& numeru hoc modo. Α [i] Δ [iiii] Α [i] Μ [xl]. qui fecit xl vi. Cum autem ipſe quoq; id eſt xl vi. fuerit ſolutuſ. & per ſem& ipſum ſcriptuſ & ductuſ illum grecis litteris numerum nihil ominuſ conpl& hoc modo. Κ [xx] Ο [lxx] Υ [cccc] Α [i] Δ [iiii] Ρ [c] Α [i] Γ [iii] Ι [x] Ν [l] Τ [ccc] Α [i] C [cc] Ε [v] Ξ [lx] qui in unum redacti faciunt .M. CC. XX. V. que ſuperibuſ de monogramma diximuſ; Nunc ſolum nominiſ de geſta serieſ demonſtratur: cuiuſ diximuſ ſumma concludi ut cum ſibi utraq; conuenit. hoc miniſterium indubitanter inſinuant quod de ſimulatione antixpi apoſt. ait; Ita inquit ut in templo diſedeat oſtendenſ ſe tamquam dſ ſit ipſe; Sed ſciendum quod non uno modo nec ſub uniuſ numeri diffinitione ſcriptura diuina nunc in iſto libro. nunc in danielis uiſionibuſ ipſu ſemp tempuſ inſinuat ut ſcilic& dieſ iudicii uel ſecundi aduentuſ dni nondeuulgaretur humane notitie ſicut dnſ diſcipuliſ ſuiſ ait;

Non eſt ueſtrum ſcire tempuſ uel momenta quae pater poſuit in ſua poteſtate. Amen. Ponderum parſ minima calculuſ eſt, qui conſtat e granis citeriſ duobuſ & apud quoſdam ſilica penſante, que trib; granis ordei declaratur; In pondere duo calculi ceratim faciunt; Quattuor calculi ſiue duo ceratim obolum reddunt. Duo oboli ſcripulum conplent. III. ſcripuli dragmam faciunt. Dragma quae conſtat ſiliquiſ X & IIII. & ſcripuluſ qui eſt ex ſiliquiſ VI. et oboluſ qui eſt ex trib; quadrantem efficiunt. continentem in ſe ſiliquaſ XX IIII. duo quadranteſ. ſtaterem faciunt. II. ſtatereſ unciam reddunt iuxta galloſ XXma. parſ unciae denariuſ eſt & XII denarii ſolidum reddunt; Ideoq; iuxta numeru denariorum III. uncie

ii· solidos conplent; Sic & ii· solidi· iiii· uncias redeunt;
Nam duodecim uncię libram xx· solidos continentem efficiunt;
Sed ueteres solidos qui nunc aureus dicitur nuncupant.·
Libra dicitur quicquid per duo denarii numeri perfectio
nem adimpletur; Nam libra dici potest annus q constat
q iiii temp & xii mensibus· & l· duabus ebdomatibus & dieb;
ccc lxu· libra esse potest ęqui noctialis dies sine sua nocte·
qui constat xii horis; hora constat· ex ii punctis· x· minutis·
xii partibus· xl momentis· lx ostentis· Hora aū diei secundū
solis cursum u punctos hab& · iuxta lunam· iiii· Nam libra
in ponderibus in mensuris arborū uel spatio terrarū uel statu
hominis· per diuersas mensuras in duo denario numero con
prehendi potest; mina· c· dragmis appenditur· iuxta ratio
nem aū ponderum nihil calculo minus aut talento maius est·
& enim· l· libre talentum minimum est; lxx ii libre me
dium talentum· cxx libre maximum talentum est; Cente
narius aū dr̄ eo q centū libris constet;

Mensurarū in liquidis coclear est· pars minima qui hab&
dimidiam dragmam· i· scripulum & obolum; coclears duo
chemā faciunt· coclears iii conculam faciunt· Concule
due, cignum, siue mustron· Concule iii· & duo coclearia
quae x dragmas appendent ciatum faciunt· additis duab;
dragmis acitabulum conplent· additis adhuc tribus dragmis
q sunt xu oxifalum· Non dubites apud quosdam ciati noue
eminam facere uidentur· q s̄t dragme xc; apud quosdam
uero acitabula iiii q s̄t dragmae xl iiii, Emina aū iuxta
quosdam appendit libram unam; Apud quosdam uero librā
& dimidiam; similiter sextarius duplices iudicauerunt;
Nam alii uoluerunt ut sextarius duarum esse librarum· alii
uero trium utriq; tn̄ ut due eminę sextarium facerent
diffinierunt; Est aū sextarius ui pars congii q in diuinis·

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ſcripturiſ. hin appellatur in liquidiſ; cenix aũ .u. ſextariiſ
adimpletur. Cui ſi ſextũ addideriſ fit congiuſ. Congiuſ qua
ter miſſuſ modium conpl&; Quem admodum aũ de ſextario
ſic & de modio aliiſ placuit .xui. ſextariiſ modium impleri;
Aliiſ xx & ii. aliiſ uero xx & iiii. ſed haſ menſuraſ ad uotum
principum uel iudicum ẽẽ deprehendimuſ; Nobiſ aũ
uiſum eſt magiſ conuenire ponderũ rationi eo quod dem
nimiſ uſq; ad maiora ducantur; Ut primũ finẽ hab& mo
diuſ in menſuriſ. ſic libra in ponderib; ꝗ ſic poſtquã In
ponderibuſ penſando ad libram peruenitur; C&eraq;
maiora ſunt pondera per librę multiplicationem ponde
rantur; ſic & in menſuriſ. poſtquam ad modium uentũ erit
quicquid ampliuſ menſurandum eſt modii multiplica
tione peragitur; Nam quẽ admodum a calculo ꝑ oboloſ
ac dragmaſ ceteraq; pondera ad libram uſq; peruenitur;
Sic in menſuriſ a coclearí ꝑ conculaſ crathoſ ac ſextarioſ ad
modium uſq; pertingitur. Eſt enim modiuſ ut p̄dictũ eſt
iuxta quoſdam ſextariorum .xui. iuxta quoſdam aũ xx & duo
rum. apud quoſdam uero xx iiii; Nobiſ uero uidetur eſſe
rectiſſimũ ut triũ librarũ ſextario uicieſ & quater multi
plicato, modiuſ impleatur; Qui modiuſ medii talenti ponde
re coequatur lxx & duabuſ efficitur libriſ; ſiue ut quinq;
libraſ habenſ ſextarioſ ſimiliter uicieſ & quater ductuſ maxi
ma talenti .i. cxx librarum pondere menſuretur; Modiuſ
& ſemiſ urnã faciunt; Similiter in aridiſ menſuramq; ue dr
ſatũ; Batuſ uero conſtat modiiſ duobuſ. totidemq; ſexta
riiſ; Duo bati metretam faciunt q ſt ſextarii centũ; urnę
duę amphoram conplent. quod ſt modia iii a q in aridiſ dr
ephi. urnae iii. cadum uel artabam faciunt. q ſt modia
iiii & ſemiſ; Modia u. medimnã faciunt. iii. medimnę
gomor conplent. Duo gomoru chorũ reddunt; duo chori

chulleum quod est modia lx. INCIPIT SERMO AUGUSTINI DE IUDICE INIQUITATIS.

Iudex quidam erat in quadam ciuitate qui deum non timebat. & hominem non uerebatur. Uidua uero erat quadam in illa ciuitate dicens illi. uindica me de aduersario meo. & nolebat per multum tempus. post ea dixit intra se. & si deum non timeo. neque hominem uereor. tamen quia molesta est mihi haec mulier. uindicabo illam. ne in nouissimo ueniens sugillat me.

Iudex iniquitatis antichristus est. deum non timens. est enim elatus & superbus. de quo esaias prophæta haec meminit. tu autem dixisti in corde tuo in celum ascendam. super altitudinem nubium ponam solium meum. & ero similis altissimo. Danihel quoque prophæta similia de eo testatur dicens. deum patrum suorum non agnoscit. quo exaltabitur super omnes deos. Consona his uoce etiam ezechihel prophæta & eum presignasse. arguens dicit. Haec dicit dominus. dic principe tyri quia eleuatum est inde cor tuum. & dixisti deus ego sum In solio dei ergo sedeo in corde maris. cum sis homo & non deus. Similia quoque de eo concinit hieremias prophæta dicens. ad te nunc. o mons corrupte. eruam te de petris. & si alte feraris ut aquila inde te traham. Paulus etiam apostolus ita de eo scribit quia eleuabitur & extollitur supra omne quod dicitur deus aut quod colitur. Ita ut in templo dei sedeat ostendens se quasi sit deus. Ideo ergo antichristi timor non erit dei. quia se adfirmaturus est deum. & multos decepturus sit. sic apocalipsis meminit iohannis. quia draco traxit tertiam partem stellarum. id est de populis qui iuxta abraham stelle accipiuntur. Adducturus est in illa dei a de eo quod factus quibusdam miraculis. ei sunt credituri. ipsi sunt destinati ad mortem. Et merito iudex iniquitatis a domino pronuntiatus est antichristus quia iniquo iudicio inique se ad uersus